BURKHARDUS DE HORNECK · VALESCUS DE TARANTA · ARNOLDUS DE VILLANOVA · PETRUS DE ABANO

Salzburg, 1474-1476

Seite 53v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8142
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

de quibus dicam in sequentibus. Cavendum est
autem a cibis generantibus melancolicos hu-
mores in preservando, sed in curando requi
ritur que prohibeant fieri putrefactionem et
que putrefactiva corrigant, qualia sunt
acetosa. R. Sit autem pestilentia ut
plurimum ex materia mixta. Licet
possit ex uno quoque quatuor humorum cau
sari, tunc autem cum fit pestilentia ex ma
teria mixta, oportet digestiva et solutiva
misceri secundum dispositionem mixtionis materie
Aer enim pestilentialis omnibus humoribus
obviat vel pluribus alterando sibi, tamen
si ex singulari humore deberet causari.
prius ex sanguine causaret, quia in corde
plurimum sanguis habundat. Et in febre
pestilentiali communiter humores cordis putre
fiunt unde febris causatur, et propterea
inoleuit modus apud vulgares non doctos
semper in febre pestilentiali facere flomiam
quod non rectum iudico, post plus ex colera
quam ex flegmate, cum cor sit calidum et siccum
ultimo ex melancolia. Regimen autem
cibi et potus in cura febrium habendum, debet
esse frigidum et siccum declinans ratione qua
litatis calidum, quia ratione frigiditatis remo
vetur caliditas febrilis, ratione siccitatis pro
hibetur ne putrefactio fiat, Debet tamen
regimen esse valde restauratiuum cordiale.

[Margin, left:] Regimen in cibo et potu.

[Margin, right:] 2° ex colera